admiratione deū ↄpellebat̄ laudare bn̄dicere dicendo sibi· Quis es tu
deus meus qui nullo indiges in quo ē om̄e bonū ⁊ q̄ sū ego q̄ nihil bo
ni hēo nec hr̄e possum nisi tu deus meus dederis· Quis es tu q̄ teip̄m
etiā mihi dare pmittis· Et multa alia bulliebant in corde eius ꝓpter q̄
verba p̄dicta ingeminabat· Sil'r· d· Ber· miles et doctor de assisio qui
fuit prim9 q̄z sanctus franciscus traxit ad xp̄m an̄q̄z mundū reliq̄sset
inuitassetq̄z quodā sero in domo sua paupem Franciscū cū in prima vi-
gilia noctis obseruasset eū q̄d faciebat audiuit eum in orōne positum
cū suspirijs ⁊ lacris sepius replicātem Deus meus ⁊ oīa deus meus
⁊ oīa· In quib9 v̄bis vt ip̄e postea declarauit dn̄o Bern· pfūdissime cō
tēplabat̄ excessū maiestatis diuine ⁊ infinitā bonitatē summi dei·
¶ Nō in orōne necessaria ē attentio scd̄m vim prime intentionis ⁊ q̄li
ter hoc mō orō ē fructuosa licet nō sit p omnia attēta·

¶ Capitulum· ij·

Secund9 modus q̄ seruādus est i orōne dr̄ attētionis· Pz nāq̄z
orō q̄ntum fieri pōt esse attēta qm̄ vt· d· Hiero· ⁊ ponit̄ ð ↄse·
di· v· c· Nō mediocriter· Nō v̄bis tm̄ sed corde orādus est deus
Quapropt̄ melior ē qn̄q̄z psalmoꝝ decātatio cum cordis puritate ac
serenitate ⁊ sp̄uali hilaritate q̄z psalterij modulatio cū anxietate cor
dis atq̄z tristicia· Et ad h̄ facit· c· Nunq̄z ð ↄse· di· v· ⁊· c· Nū de ↄse· di·
i· ⁊ ad idē sunt ap̄li v̄ba· i· Cor· xiiij· dicentis· Nam si orem lingua spiri
tus meus orat mens aūt mea sine fructu ē· Quid ergo est· Orabo sp̄ū
orabo ⁊ mēte Sz satis durū hoc vr̄ qn̄ etiā ⁊ sancti viri orātes mentis
euagationē paciunt̄ scd̄m illud psal· Cor meū dereliquit me· Quō er
go q̄ imperfecti sunt poterunt orādo semp esse attēti· Et si orō sine at
tentione infructuosa ē q̄s poterit orādo mereri· Idcirco ad hoc clare
intelligendū· tria sūt nōnda scd̄m: Ric· Tho· ⁊ Alex· vbi sup̄ ¶ Primo
nōndum ꝙ si adsit intentio debita ⁊ actualis in principio orōnis vo-
calis q̄zuis postea n̄ ↄcomitet̄ tn̄ orō vocalis ē meritoria ⁊ impetrati
ua p v̄tutem p̄me intētionis nisi interrūpat̄ postea p intētōez ↄtrariā
sic cū aliquis ex bona intentōe incipit pegrinari vel eccl'iaz dare tot9
actus seq̄ns meritori9 ē v̄tute prime intētionis q̄zuis cessat sua intē
tio actual' ¶ Secundum nōndum ꝙ triplex ē orationis effectus· Pri
mus merendi ⁊ adhūc effectum nō ex necessitate requirit̄ ꝙ attentio
adsit orōi p totum sz vis prime intētionis sufficit vt dictū· est· Scd̄us
effectus ē impetrādi ⁊ ad hūc etiam sufficit intentio vt in primo· Ter
cius effectus est sp̄ual'r delectandi inquantum orans sp̄uali delectat̄
cōtemplatione dei ⁊ ad talem effectum necessaria est attentio et quā-
to maior est tanto maiorem delectationē ⁊ spiritualem gustum sentit
ille qui orat· ¶ Si tamen aliquis hoc gustu bona intentione orans eo
ꝙ non esset attentus eciam contra voluntatem suam non gauderet·
Non propterea tanquam infructuosam orationem relinquere de-
bet quoniam rarissimi sunt qui orando semper possint mentem atten-
tam habere ¶ Ide dicitur in legenda sancti Bernhardi· ¶ Quod

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-519/0148
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG